a) recenti manu in marg. suppl.

Landisberg et mortuus sine heredibus et in Wissenfels sepultus.

Albertus Thuringie lantgravius et marchio Missnensis, filius Hinrici illustris, accepit uxorem, ut supradictum fuit, Margaretham, filiam Frederici secundi imperatoris, cum qua donavit sibi castrum Aldinborg cum terra Plissenensi. De qua genuit tres filios: Fredericum, Ticzmannum et Hinricum lantgravium dictum Aneland. Post mortem Frederici marchionis Missnensis et de Landisberg dicti Tute, iure hereditario marchia Luszacie et Landisberg cum tota terra orientali pervenit ad Albertum Thuringie lantgravium. Contigit, quod idem Albertus lantgravius quandam concubinam adamaret dictam pulchram Konegundam de Ysenberg, quam publice occulte multis annis tenuit, sicque legittimam suam uxorem Margaretam, filiam imperatoris exosam habuit; que cernens se despici Franckinfordis civitatem circa Magonum fluvium se contulit et ibidem vitam in castitate et omni religiositate finivit. Et sicud matrem filiorum suorum, uxorem suam, exosam habuit, sic et filios suos ex ea, Fredericum, Ticzmannum et Hinricum exheredare modis omnibus studuit. Nam mortuo Frederico marchione Missnensi dicto Tute, patruo suo, Fredericus senior, filius Alberti a civitatibus et magnatibus et comitibus terre Missnensis et terre Orientalis in dominum et marchionem fuit receptus, quod multum displicuit patri suo Alberto. Quare pater proprium filium diffidavit et in auxilium marchionem Brandenburgensem cum comitibus de Anhalt advocans, terram Missnensem, Orientalem et Plissenensem plurimum devastaverunt. Nam filium suum

Margin notes:

~~Ydeoque~~ ~~addidit man. rec.~~ ~~in marg.~~

m Missn

Aldinborg venit primo ad marchiam ~~Missnensem~~ Missn.

m Missn

b) marchio c.

+ f. CCLXVII c.

7 Missnensis, m Missn

c) Ticzmann c. corr. man. rec. ~~Ticzmann~~ Tczman

Et

m Missn

Fred.

m Missn

d) ~~dominum~~ c.

m Missn